

Franckesche Stiftungen zu Halle

Programma Sacrum, Quo Academiae Fridericianae Pro-Rector, Christianus Wolfius, Potentiss. Borussiae Regis Consiliarius Aulicus, Mathematicum Ac Physices ...

Wolff, Christian

[Halle, Saale], [1720?]

VD18 13540297

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-195893

Dec. 7. Luna

Ecclēsiā Judaicā noctis subluſtris ſpeciem habuiſſe, etiam cum florentiſſima eſſet, univerſa ejus conſtitutio docet, imprimis cum œconomia novi fœderis evangelicæ recte collata. Quemadmodum enim hæc, diſtuffo exortu ſolis lumine, alium gratiæ ac veritatis diem accepit: ſic illa nox quædam fuit: at non illuſtis tamen plane, ſed *ſubluſtris*; utpote grato lunæ, in typis quaſi refulgentis, ſplendore colluſtrata. Huc inſignia accedebant *ſidera*, cum promiſſionum, tum ipſorum prophetarum, aliorumque veri ac recti teſtium. Et quamvis umbræ ecclēſiæ iſtius typicæ, circa exorientis evangelicæ lucis tempora, cum tantis ignorantie, nec non errorum ac impietatis, per omnes ætates ordinesque graſſantis, tenebris eſſent conjunctæ, ut, non niſi atram & ſpiſſiſſimam ei noctem incubare, credidiſſes; habuit tamen ac retinuit illa ſua, quibus coruſcaret, lucis præſidia ac pignora. Non dicamus nunc de inæſtimabili illo cœleſtis doctrinæ deposito, quod in ſacro codice clariffimæ lucernæ uſum præſtabat omnibus, nec ſe traditionum humanarum nubibus penitus obduci patiebatur. Neque commemorabimus divinum cultum, qui adhuc ad ipſius Dei præſcriptum in Judaicâ gente vigeat. Sed ipſi Dei cultores, in ſpiritu ac veritate tales, ſunt, qui noſtram nunc recordationem, pia ſui imitatione dignam, requirunt. Hi erant ſplendida cœli ecclēſiaſtici

):(2

inter

inter Judæos sidera: sidera, quæ, quo plus de se luminis spargebant, eo amabilia merito adhuc hodie sunt lucis filii. Quibus vero nominibus insignita isti fulserint, nemo nescit, historia plus sterilis notitiæ, quam vivæ praxeos apud plurimos obtinente. *Tria* sunt personarum utriusque sexus *paria*, quibus salutiferæ nativitatis historia in contextu suo coruscat. Primum *Zachariæ & Elisabethæ*: secundum *Josephi & Mariæ*, τῆς Θεοτόκου; tertium *Simconis & Annæ*: & singula quidem quantinitoris, quantæ dignitatis ac præstantiæ, si, quam fides in Deum in virtutum omnium variorumque charismatum comitatu gignit, nobilitatem respicias? Nam primi isti ordinis sacerdotalis homines non minus meritis de pietatis studio, quam ætate erant graves; utpote *ambo justî*, & quidem non pro judicio hominum tantum, sed ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *coram Deo* quoque, justitia fidei in Mes-siam, Deo acceptissima, continuo divinarum virtutum exercitio suam γεννησάμεν probante. Atque ita vidisses hic emphaticum illud מִתְחַלֵּץ אֶת הָאֱלֹהִים, quod patriarcharum, *Henochi, Noachi, Abrahami*, & aliorum, vitam quam maxime commendat. Unde ætate jam valde provecta sanctum Zachariam, cum pia Elisabetha sua, illustri singularis gratiæ iusigniumque charismatum beneficio fuisse cumulatam, non est mirum. Et horum Θεοφιλέτων exemplar etiam in duobus reliquis ejusdem indolis paribus expressum videas. Nihil enim vel doctrinæ puritas, vel fidei integritas, aut vitæ innocentia, in ullo alio exseruit unquam, quod in his non esset

esset conspicuum. Habet itaque historia evangelica statim in ipso exordio suo ea divini cultus, in spiritu ac veritate positi, in ipsis cultoribus exempla, quibus nihil esse potest suavius, & ad piam in lectorum animis attentionem excitandam efficacius. Huc accedunt *pastores Bethlechemitici*: quos pios fuisse ac sancta promissi Messiae expectatione suspensos, hæc ipsorum fors singularis comprobatur, quod ipsos Deus prima Evangelii de nato Salvatore annuntiatione dignatus est, & primo ipsorum præconio uti voluit. Quos radios emisit ipsorum fides, & quibus se documentis in ipsis sinceræ pietatis ardor exseruerit, ut ex interpretis Lucæ tabulis, excusis variis sacri textus vestigiis, nunc edisseram, non est instituti nostri. Sufficiat ad imitationis scopum vel sola imitandorum mentio. Pastorum verosimiles in universa gente plures fuisse alios, quis dubitaret? Et in ipsa urbe Hierosolymorum plures fuisse sincero fidei cultu Deo deditos, expressa habet historiæ littera: siquidem Anna vates locuta esse dicitur de Messia coram omnibus, qui ipsum, tanquam Redemptorem, expectaverint Luc. II. 38.

Hæc quem in finem dicantur, CIVES OMNI-
UM ORDINUM CARISSIMI, jam intellexistis. Redierunt dies festi, anniversariæ NATI SALVATORIS memoriæ, digna celebratione recolendæ, sacri. Ubi quid nostri sit officij, res ipsa monet, & publici doctrinæ hujus evangelicæ doctores, suo quisque loco ac ordine, pluribus edifferant, ædibus sacris multa & doctrina & adhortatione personituri. Et hi ut eo patentiores

res apud Vos aures animosque inveniant, tot vocibus
vivis, Christo per hosce dies dicatis, hanc addimus scri-
ptam, Vos, pro nostro de Vobis bene merendi stu-
dio, majorem in modum rogantes, ut curare
velitis ea, quæ salutis vestræ ratio requirit. Ve-
rum Dei cultum, quo, nobis ipsis & huius seculi vanita-
tibus mortui, Christo, vitæ nostræ, vivimus, non esse
ἐν τῶν αἰδυνάτων, illa, quæ modo recensuimus, sancto-
rum exempla abunde comprobant, inprimis cum in-
numerorum aliorum, quos longa singulorum secu-
lorum series exhibuit, praxi collata. Optamus itaque
ex animo, Deumque veneramur demissè, ut Vos uberi-
ore Spiritus sui mensura impleat, quo, cum digna sa-
lutiferæ nativitaris meditatione & applicatione, jam
tum in regno gratiæ *ισάγγελοι* facti, ejus gloriam piis lau-
dibus concelebretis. Ecce! vobis fidei ac animorum
vitæque totius integritatem in *Zacharia & Elisabetha*! Ec-
ce præstantissimum innocentiae ac castimoniae exem-
plar in *Josepho & Maria*! Ecce artem, post vitam pie
transactam, beate moriendi in *Simeonis*, *τῷ Χριστοφόρῳ*, fide
Christum amplectente; nec non in venerabilis *Anne*
precibus, ac in *pastorum* obsequio, seu *προθυμίᾳ* Chri-
stum quærendi ac de invento agnitoque Deum
celebrandi. Si filii estis lucis, hæc lucis arma in-
ductis, in luce evangelii digne ambulaturi. Dolemus
vero ac non sine mœrore commemoramus, fuisse ad-
huc inter Vos, quibus tenebræ almaluce fuerunt ama-
biliore. Et hi cum noctis moralis sint progenies, seu
alumni, etiam plurimam temporis nocturni partem ita
so.

solent transfigere, ut, se tenebrarum esse filios, earundem principem secutos, satis superque comprobent. Et ex horum numero proh dolor illud fuit sodalitium, quod ante unum alterumque mensem in tenebrione aliquo violentæ & exitialis mortis casus dissolvit: si casus dicendus est cædes per *ἀσωρίαν* arcescita. Non popinis, sed ædibus sacris, divinoque cultui & sabbatismo mystico, destinatus erat funestus ille dies. Cui qui illum subtrahebant, in diaboli, *τῶ ἀνδροποκτόνῃ*, erant potestate, uti bacchi infernalis filii, sic ferocientis etiam Caini fratres. Unde non Abel aliquis, sed a Caino Cainus ferali gladio transfossus occubuit, ne momentum quidem temporis, quo ad sanio rem mentem rediret, nactus. Hi sunt fructus fraternitatis in poculis contractæ & ingenuinæ *φιλαδελφίας* ignominiam cedentis! O quanta est vefania, virtuti nuntio remisso se voluptati, constringendum dare! O quanta eos cepit dementia, qui existimant, rem esse salvam, si sine funesto proposito pravo se sodalitis ingerant; & qui contra rationem agunt variisque se periculis exponunt, & tamen arbitrantur, se inter ea etiam in potestate sua usum rationis retinere. Certe hunc jam exuerunt, cum ipso veræ humanitatis sensu, quotquot brutum plane in modum, non istius, sed efferatorum sensum ductum sequuntur. Unde mirum non est, illos, qui ne rationem quidem ipsam in potestate habent, in hac multo minus mortifera instrumenta retinere. Verum enim vero quotusquisque aliorum damnis sapit!

Quis

Quis sensui non obducit callum ad salutis suæ, vel temporalis etiam, curam plane obrigescens? Hoc pro dolor est, quod tot comprobant comessationes, discursationes, ferocesque vociferationes, mentibus honestis ac generosis, nedum christianis, indignissimæ. Et si qui etiam extantioris ^{ciuitatis} notam a circuituionibus suis nocturnis sejungunt; non lucis tamen, sed tenebrarum sunt filii, in tenebris, præcipue mentis suæ, ambulantes. Sed hos, ut ad sanio rem mentem redeant, vitamque agant & rationi ac christiani nominis professioni convenientem, non serio minus, quam amanter cohortamur ac obtestamur, de vera, quam speramus, ipsorum emendatione gavituri. Reliquis vero, quos honestatis ac sancti moris studium commendat, & qui Academia nostræ ornamenta sunt, ut per ferias hæc e salutiferæ nativitatis fonte amplissimus charismatum cumulus obveniat, ex animo precamur. P.P. Halæ Saxonum in Christi natalitiis Anno
M DCC XX.

Litteris JO. CHRIST. ZAHNII, Acad. & Senat. Typ.